

Mythologia, Venise, 1567 - X [40] : De Apolline

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[40\] : De Apolline](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV

[Mythologia, Venise, 1567 - IV, 10 : De Apolline](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[40\] : D'Apollon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[40\] : D'Apollon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [40] : De Apolline, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/988>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 295r°-295v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Apollon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

sapiens, alii vero similitudine quadam . ut pateret quanta vis esset sapientie , illam armatam natam esseinxerunt, cum sapientia nullas neque fortunam iniurias, neque humanam iniquitatem magni faciat, sed omnia consilio & patientia superet , omnesque suam spem in Deo collocarit . & quoniam initium sapientie est timor domini, hanc dixerunt antiqui protagonis impios gigantes, qui neglecto Deorum immortalium cultu in Iouem insurgere conati sunt. omnis enim sapientia humana, quae dissideat a divina voluntate, inanis est & contemnenda, cum solus vir bonus & amicus Dei sic sapiens .

De Prometheo.

E N I M V E R O ut demonstrarent omnem humanam prudentiam quae a divina voluntate dissentiret esse perniciem mortalibus & insultam, Prometheus fabulam introduxerunt, quem artes & dolos omnes excogitasse inquiunt, & idcirco grauia supplicia passum fuisse. Hunc aiunt columnæ alligatum fuisse, multaque grauia passum tandem reconciliatum fuisse Ioni, quoniam viris bonis plerunque pugnandum est cum infortuniis; atque soli propè malivel fatui sunt fortunati. At cum brevis vita mortalium existat, qui multas molestias a quo animo pertulerit, ille Deo tandem sit amicus . quare per sapientiam Ioui tandem reconciliatus fuit.

De Atante & Endymione.

N E Q V E tamen putanda sunt omnia , quae fabulosè tradita sunt ab antiquis, ad humanæ vitæ institutionem, vel ad vires naturæ exprimendas fuisse constructa : sicuti non necesse est in fertili agro nullam nasci plantam inutilēm. Quae de Atante igitur & de Endymione prodita sunt memorie, illa de viris astronomicæ scientiæ peritis dicta sunt, postea ad illorum gratiam, ut cum suavitate ad posteros transmittenterentur, ita fabulosis narrationibus fuerant implicata .

De Fortuna.

N E Q V E illa quidem, quae memorie prodita sunt de fortuna, non singulari consilio fuerunt excogitata : quae quid sit satis explicatum fuit in Physicis ab Aristor. Sed ego , cum omnia diuina prouidentia gubernari possem, nihil fortunæ tribuendum vere sentio : sed nomen ipsum tributum fuisse fortunæ putatum, ut a cogitatione diuinæ potentiarum, cum molestiarum, ut sibi videntur, præter dignitatem homines infestantur, deducerentur: atque in factu nomen suas lamentationes & conuictus coniicerent, quae leuis & dulca, & cœta, & iniqua vocaretur. cū causæ nescirentur cur huic res aduersa ferre omnes euenirent, at illi contra, nihil non ex sententia succederet.

De Apolline.

EXPLICATVM fuit in superioribus fabulis de mundi principiis, & mundo elemotorum inter se mutationibus, deque animæ immortalitate, quod illa sempiterna sit in hominibus, quod unus sit mundus ex univerfa materiæ ; & quæ

Mythologiae

& quæ sunt corruptionis ac generationis elementorum principia; nunc vis
detur dicendum de iis quæ pertinent ad conservandas formas singulorum ani-
malium, & compositorum corporum. Est autem omnium horum sol arti-
fex, quem à splendore Phœbum nominarunt. Nam propter obliquum eius
cursus sub signo circulo omnes & plantæ & animalia modo eius accessu
factum producunt, modo recessu vires refundunt. Fuit idem medicæ artis per-
itus, & salubritatis ac pessilitatibus artifex creditus, quoniam vis solis medi-
cinæ confert, cù nimius eius calor sit pessiser omnibus animantibus. Est enim
omnis animantium salus in symmetria caloris constituta: quare genera-
tions & corruptionis artifex sol est appellandus, ut fenserunt antiqui.

De Aesculapio.

A E S C U L A P I U M idcirco fixerunt antiqui Phœbi & Coronidis,
quam aeris temperamentum esse dicebamus filium, quia nisi solis calor ae-
ris purget ac rationem faciat modicè, & nisi humoris vis quædam in ipso ae-
re relinquatur, nulla esse potest salubritas. Fuit igitur Aesculapius aer bene
affactus, cuius filia fuit Sanitas aut bona valetudo. Est enim aeris temperies
non homini solum, sed etiam cunctis ceteris animalibus, & plantis salubris,
quare iure & Solis filii Aesculapii, & salubre vim de sole animis corpori-
busque subuenientem dixerunt. Sed quia vis solis assidue commiscatur opor-
tet ipsum aera quarrem illi Deo missionem tribuerunt. Per hæc igitur non
solum autorem generationis & corruptionis solem significabant antiqui, sed
etiam salubritatis; cum medicoritas conseruerat quod nimium est vel mi-
nimum interinimat; omnis enim vita animantium & sanitas est in mediocri-
tate constituta.

De Chiron.

A T Q V E cum in aeris opeim affecti natura facultas sit constituta fa-
cile conualescendi, accidit aliquando male affecti corporis malignos hu-
mores in aliquam partem ipsius corporis debiliorem confluerint; quod enim
pertotum corpus diffusum fuerat à viri naturæ in unum locum expellitur, Chi-
ronem peritum chirurgia celebrarunt. Sic enim significabant physicas actiones
per has fabulas, que spectabant ad conservanda singula composita cor-
pora naturalia.

De Venere.

D E I N D E quoniam alia ex animalibus nascuntur è corruptione, alia
è coniunctione; quid conferret verisque explicarunt. Atque nascentibus
qui dem ex corruptione medicoritas caloris, & cœli clementis ad educandum
necessaria est, illis rursus animalibus, quæ generant ex coniunctione maris
& feminæ, peropportuna est aeris temperies. Nam cum semen è subtiliore
sanguinis parte seceratur, non ita facile illud fit, nisi sanguis modice
incaluerit, quod sit per ver præcipue. Est enim veræ temperies quasi lena
ad procreationem ubique. Sic igitur materiam seminis, & aeris clementiam
procreandi desiderio necessariam per fabulas antiqui exprimentes, Venereum
è ge-